

voiding with his Urine a small Pistol Bullet crufted over with Calculous matter after the same manner.

Aberdeen, Octob. 10. 1698.

IX. D. *Wilhelmi Musgrave Coll. Med. Lond. & Soc. Reg. Soc. Epistola Re polypo in cane reperto.*

CANIS Anatome, privato quondam Oxonii Collegio, habita ; prope Lienem in Orbiculare quid incidimus ; quod *Glandulam*, prima facie, referebat. Erat illi tres uncias Diameter ; *Tunica*, qualis *Venarum*. Hoc illoq ; latere, *Venam* conspeximus ; *Splenica* nempe Ramorum alterum ; in *Orbis* istius *Tunicam* abeuntemtam. Aperti carneam obtuemur substantiam ; sed rudem, imperfectam, Grumis interspersam. Per medium, Iter sanguini concessum.

En ! *Polypum*, *Rare* quidem *Magnitudinis* : Si Animal, si venam respicimus, sane *Miranda*.

Incrementi Tempus *diutinum*, arguit *Magnitudo*.

Vale, Vir Amicissime ! Et Fave.

Tibi addicto

Exoniis

XI. Calend. Septemb.
MDCXCVIII.

Wilhelmo Musgrave.